

I V S T I L I P S I
P O L I T I C O R V M

Collegij Societatis Jesu

Olsnicij Catalogo misciphus 1694
S I V E ~~ad. J. et. Human.~~ ad. T. et. Human.

C I V I L I S D O C T R I N A E

• Anno 1600 LIBRI S E X . 15 Aug.

Qui ad Principatum maximè spectant.

Additæ Notæ auctiores, tum & De vna
RELIGIONE liber.

Omnia postremò Auctor recensuit.



A N T V E R P I A ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

M. D. X C I X .

Cum Privilegiis Casareo & Regio.

1694





名古屋大学附属図書館所蔵 水田文庫 41497370
Nagoya University Library, Mizuta Library, 41497370

170 1 2 3 4 5 6 7 8 9 180 1 2 3 4 5 6 7 8 9 190 1 2 3 4 5 6 7 8 9 3



名古屋大学附属図書館所蔵 水田文庫 41497370
Nagoya University Library, Mizuta Library, 41497370



IVSTI LIPSI
POLITICORVM

Collegij Lovanijs
Biblio. Lovanijs Catalogus antiquorum 1594
Sive in genere Humaniorum

CIVILIS DOCTRINAE

LIBRI SEX.

Principatum maxime spectant.

Additæ Notæ auctiores, tum & De vna
RELIGIONE liber.

Omnia postremo Auctor recensuit.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Iohannem Moretum.

M. D. XCIX.

Cum Privilegiis Cesareo & Regio.

1599

Lipsius' Book of Politics was first published
in 1589, + between 1591 date + 1752 it
passed through nearly 80 editions —
(Basil Andrius, "A State of Louvain", in
"Scriptorium from the Library Winters")

3
I M P E R A T O R,
R E G E S,
P R I N C I P E S.



MPLVM & illustre ve-
strum munus est, quod
fustinetis. Quid maius
inter homines, quam
vnum preesse pluribus;
leges & iussa ponere;
maria, terras, pacem,
bella modorari? Diui-
nitas quedam videtur hæc dignitas: & est
profecto, si salutariter atque ex vsu publi-
co administretur. Sed hoc quam arduum
sit, cum ratio nos docet, tum exempla. Il-
lam si inspicimus; quantæ molis ab uno ca-
pite tot capita coegeri, & vniuersam illam
multitudinem, inquietam, discordem, tur-
bidam, leniter redigi sub commune quadam
Obedientia iugum? Si hæc quam pau-
ciab omni quo reperti, qui laudabiliter hoc
munere functi & defuncti? Nimurum mai-
us quiddam est quam imperiti suspicen-
tur, cursum rectum in vndo illo mari te-
neret, & in summa Fortunâ non abripili-
centia ventis. Quam multis virtutibus o-

A 2 pusest.

T Y P O G R A P H E,
Q V I S Q V I S E S,
R O G A M V S.

Ne absque nostro arbitrio aut inßu hac recudas.

Minuta quadam hic seruauimus, in Punctis, Inter-
nullis, Notulis, Verborum discriminib, haud fa-
cile per te seruanda: sed qua neglegit amen aut in-
uerti sine noxa Operis non possunt.

4
pus est, quibus velut anchoris hæc nauis fir-
metur? quam variâ Prudentiâ, quo velut
clavo gubernetur? Ut verissimè dixerim,
difficile esse homini in hominē imperium:
nec vnius mente vñquam dirigendum. Id-
eò merito laudandi Sapientes, quibus olim
& nunc hæc cura, vt salutarium monito-
rum face præluerent imperanti. Quâ e-
nim in re melius mercantur de genere hu-
mano? In moribus aut scientiis aliquid
præcepisse, laudem & vsum habet: & non
magis in regno & administratione ciuilis:
cum illic vñum aliquem ciuem meliorem
doctiorém facias; hic, in uno omnes.
Nam ita profectò est. arcta quadam cathe-
nadeuincti sumus, qui imperamur, cum imperante.
& vt in corpore mens sana aut in-
fana esse non potest, nisi vt pariter vigeant
aut languent eius functiones: non item in
hac societate, Princeps. Ad virtutem ille
præxit? sequimur. ad vitia? inclinamus. Benè
beateque agit? floremus. improspere? labi-
mur aut ruimus cum illo. Atque vt à sole
in subiecto hoc orbe lux aut tenebrae: sic à
Principe apud subditos praua pleraque aut
recta. Cæsarille non animosè magis quam
vere dixit:

— Procerum motu hæc cuncta sequuntur.

Huma-

Lucan. v.

5
Humanum paucis vivit genus.

Ergo eximia hæc ratio de republicâ benè
merendi, de Princepe benè mereri: id est,
ducere eum & dirigere ad metam illam Pu-
blici boni. Nam hic, ne erretis ô Principes,
vester finis. Præstis hominibus, sed homi-
num caufâ: nec domini modo & arbitri
rerum, sed tutores & ministri estis. Mali
improbis illi, qui in imperio non nisi im-
perium cogitant, superbi, desides, & qui se
non ciuibus datos arbitrantur, sed sibi ci-
ues. Nam sicut sidera illa splendorem ha-
bent, sed vt vñibus mortalium deseruant:
sive vos dignitatem, sed cum munere offi-
cioque deuinctam. Collata est in sinum ve-
strum à Deo hominibusque Respublica:
sed nempe in sinum, & vt fouetur. O vere
iustum & legitimum illum Principem, qui
in summo fastigio, nō magnus magis quam
bonus audire desiderat: & duas res diuersif-
fimas. Potentiam ac Modestiam, miscet!
Quem prodeuntem, certatum velut bene-
ficium & salutare quoddam numen aspi-
ciunt: inter amorem timoremque medij: &
alternis iudicijs ambigentes, Dominum sa-
luent an Parrem. Hæc illa sunt, Principes,
præclaræ, tuta: ad quæ veteres & ego vos
vocamus. audite. nec ideò consilia nostra

A 3 • asper.

6

aspernemini, quia estis supra iussa. Nam vt illud in Principatu beatissimum est, non cogita miserrimum, non suaderi. Sunt apud vos fateor, qui consilij sui copiam affidue faciant: sed vtinam consilij tidi semper & recti! Alphonsus olim, eximius ille regum, interrogatus, Qui essent optimi consiliarij? Mortui, respondit. libros consilient & haec talia monimenta intelligens, qui nihil blandientes, nihil celantes, puram meramque propinanter veritatem. Ea vt sensibus veitris infideat; & quae optima sunt aut per me cognoscatis, aut mecum recognoscatis; te qui Aeterna Veritas es, ex imis sensibus precor. Valete

IMPERATOR,
REGES,
PRINCIPES,
& salubriter diu regnate.

Si de-

Si delectamini sedibus & sceptris ô reges populi, Sapient. cap. vi.

dilige Sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Seneca Epist. xxxvii.

Si vis tibi omnia subjcere, te subjcere Rationi. Multos reges, si Ratio terexerit. ab illâ disces, quid vult.

Virtute Politica præstantiorem nullam homo af-

sequitur. Plato Cai-ton. Maion



DE



DE CONSILIO
ET FORMA
NOSTRI OPERIS.



Finis huius
scripti.

Příslušník
que in ha-
materie:

VISQVIS es Lector, paulum in
vestibulo hoc sifte. Non diu te mo-
rabor, nec ambitiosus addam muneri
meo pomparam: saltem Consilium in-
stituti operis nosce, & eius For-
mam. Quod nunc tibi dicens, PO-
LITICA esse vides, in quibus hoc nobis consilium, ut
quemadmodum in Constantia ciues formauimus ad
patiendum & parentum; ita hic eos qui imperant, ad
regendum. Quod fecisse ante me alios nihil abnuo: &
eximi fecisse. in primis illos veteres: inter quos Plato
praeclarent & Aristoteles, sed hic magis,

Sed non tu
précisé.

Nec tam
nobis apcc.

Nouitij
plerique
furjcs.

Machia-
nella ar-
guense

Quo minor est, quisquis maximus est hominum.
Sed hi tamen de Repub. viiuersá & communiter scri-
perunt: ego velut partem aliquam magni huini agri
calendam mihi sumpsi, PRINCIPATVM. Quod ipsis
et si inter veteres suauissimus scriptorum Xenophon se-
cit: tamen parvum profecto, si verum amas, distinet & aut
plene. & addo, quod in priscis aut barbaris illis ritibus,
hand usqueaque conuenienter ad hoc suum. Nem
qui nuper aut heret id tentarunt, non me tenent aut ter-
rent. in quos, si vere loquendum est, Cleobuli illud ve-
tus conueniat: Αὐτοί τοι μέρες, λογισθε τοῦτο; Latin in Club
Inficiunt plerisque, & sermonum multitudo. - Nisi
quod unius tamen Machiauelli ingenium non con-
temno,

temno, acre, subtile, igneum: & qui vitam Principem suum recte ad templum illud Virtutis & Honoris sed nimis sepe deflexit, & dum commodi illas esse mirat intento sequitur, aberrauit a regia hac via. Cum venia igitur nos quoque hoc scribimus: præsentem alio quodam & nono planè modo. Nam inopinatum quod Forma dām filii genus infinitum: in quo vere possum dicere, omnia nostra esse, & nihil. Cum enim intentio tota ergo a nobis sint, verba tamen & sententias varie conquisiuitus a scriptoribus priscis, idque maximè ab Historiis: hoc est, ut ego censeo, à fonte ipso Prudentia & Civilis. Ne hinc ambitio nos aut nositatis ventus impulit (ingenue id teſtor): sed tuus fructus. Quid ut ilius viam habemus, quam tot Sententias in unum conducere; pul- obras, acres, & ita m̄ Salus amer, ad salutem natas generis humani? Nam quod ego eadem dicem: ec- quando mibi eadem vis aut fides? Vt in uno aliquo telo aut gladio multum intereat, à qua manu veniat: sic in sententia, vt penetret, valde facit robusta & alicuius & ceperit auctoritas pondus. Atqui ea veteribus adest. Nec vero nudas aut ſbaras sententias dedimus: ne dif- fidenter, & effet, quod dicitur, Arena fine calce: sed eas aut inter fabaud indecenter vinximus, aut inter eundem velut cemento quodam commissimus nostrorum verbo- rum. Ad summam, vt Phrygiones & varij coloris filo- rum aliquod aulam formant: sic nos è mille aliquot particulis uniforme hoc & cohærens corpus. Quodip- tum figura extat & vario sermonis ductu ornare au- sum: ut non colorem solum habetur, sed quasi spiri- um & vitam. Hoctotum quād arduum, in ardua Figura genitorum sententiam & figuram. Scripti hi- sas moles & molesta.

3. istâ

ifta

istā materie, mihi fuerit, fruſtrā dixerim apud non expertum. Siquis volet, per tentamentū & iocum pauca aliquot Capita concinnet in Populi aut Optimatum statu: nam eos non libati. id est pōdēs, id est πόδης: Ecce Rhodus, ecce saltus. Atque eo maior mihi molestia, quod per hanc aliena vestigia sic iuerim, tanquam in liberrimo ingenij cursu. Definiui, diuisi, excepti: & nihil omisi: quod facere ad formam faciēntē perfecte artis. Rationes in dīctorum etiam addidi: non ignorarū, plorū que hominū, ut Catonem illum, afficit, qui iam tum puer ita preceptorū suo credebat, ut tamen identidem posceret & causam. Atque hoc omnia, prorū quidem magnitudine, breuter præstī. Nec enim ad disputationes aut amanitatis me diffidi: sed pressis habens currum hunc, ut sic dicam, continuo intra orbitas Usus & Actionis. Eamibi in oculis. ideoque nec ad tenuium rerum monitūtunculas abī, contentus

Breviū
studium.

Communi
notitiae
dogmata.

Trabendo
ad ea fini-
giatis.

nam legem breuem esse oportet, aut Romanus no-
suec. in
Epist. xxv.
ster Sapiens, quae iubeat, non disputet. Atque hoc ser-
uauit. Quid autem opus alter? Ut is qui taculari alium
docet, satis habet manum oculūque eius dirigere ad cer-
tos quo/dam scopos: ille deinde arte eā utique in quo-
cumque loco aut interuerso: sic animus, qui semel prin-
cipia ista firmiter hauriet facile ad alia transferet, nec
monitorem in singulis requireat. Semen quamvis exigitum
in bono solo sparsum facile comprehendit & se
explicat: breue item monitum in bona mente. Hec For-
manostri operis, qua ut affecta statim placeat, hanc
veneo: magis, ut inspechia. Πλάτων ταπελλά ἀτικες
Apud Ste-
phanum in E-
thica Leonis.
συλλογή.

Quis cito
placere, nō
dū placet.
συλλογής φουσι, τοῖς δὲ οὐκοῖς κέποις ἄκαζε, εἰ τὸν ἀρχὺν ἐφί-
μερον ἔχοντες, πόδιος μαργαρού: Plato pleraque scri-
ptorum cum Adoniis hortis comparabat, qui subitō
& die uno nati, celerrimē pereunt: sacerdos haudid eue-
niet huic nostro, quod laboriose satum, vires magis à
tempore capiet, & poëta verbis.
Ne mihi
hac elo.

Hinc. 1.
Cam.
Crescit occulto, velut arbor, ævo.
Sed iam addo

MONITA quadam, sive CAUTIONES.

Cato lo-
die in alienis
scriptis, aut
capitulo.
Nam futurum ut in varia iudicia sive voces hic labor
noſter incurrit, valde temporum & morum ignarus
sum, nisi sciam. Omnes hodie in Politicā ista re aliiquid sa-
piunt aut vident: atque etiam ij, qui nihil vident. Occurren-
dum igitur breviter his talibus est, siquid querant aut car-
pent: & tu simil, Lector, instruendus, ut magis ex tuo meo-
que vsu me legas. Ac primum, nisi fallor, Calumniæ telum
erit in Obſcuritate huius scripti. Tenebrofum est, in-
quietum, nec omnia in eo liquent. Credo. sed quæ nescio
culpa? Scriptorum illa est, à quibus hauis: quorum, nescio
quomodo, ut quicque prudentissimus, ita astričissimus est
& pauci sermonis. Ego quid facrem? ponere illa talia, lex
rei operis iussi, mitare aut addere, religio non permisit.
Tamen huic rei subſidiā hac cape.

Quæ facient
epilepsia.

I. Ut sapientis legis. Nam quod gladiatoriibus imperatur fo-
rēt, utiliter ego hic tibi. Repte.

II. Ut discrimina verbitorum, quæ mea, quæ aliena sint, difinīa.
(nam litterarum figurā disparauimus) scriō obſerues. Ad

B 2 fidem.

¹² fidem cuiusque Sententiae hoc faciet , tum etiam ad intellectum.

Difinition. III. Vt distinctiones multe magis: id est, in fine cuiusque clausula: sola posita, semicola, puncta, aut bipuncta. Nam pro his, sententia tibi tota terminanda est felicitat, aut sustentanda; videbisque vnuam sam orationem per membra sua & periodos curiosius a nobis sic discretam. Nec enim finis semper sententia in fine clausula: sed pender ea sapere ac haret.

Notulae. 1 v. Ut Notulas vbique adreas, quæ ad oram. Quas necl*i* inter se reperies, & magnio tuo commodo, semper in iis Breuiculum materiæ totius. imò & astringi fape ab ijs aliquid aut explicari. Quæso, obserua. atque etiam hoc, ut Capitum summas præfixas non neglegas. cide*n* huic fini.

Mofea b- v. Denique vt nequid in legendō asperum te præbeas aut morosum. Hoc aut illud non capis; ne damna aut abiice, sed quod olim Socrates, cùm obsevaret Heraclei librum legi-
fet, tu dico: ^A m̄ om̄ia, ^b m̄ia: ^c s̄ia d̄ iñ om̄ia; ^d que intel-
lexi, proba sunt: credo, ^e que non intellexi.

Fides nostra Calumnia altera futura viderit, aut potius iam fuit, in
fugitiva. meam Fidem. Non recte, inquit, nec ex scriptoribus men-
te quædam citas. Quam risi, cum hoc audiui! Nam revera
culpant insiciti homines, quod eleganter aliquis mibi det
in lucis. Quidam etiam, ut videtur, fidei. Sunt enim
etiam, ut videtur, fidei.

Ex quaest. 1. Imitetur etiam quia talis vir iustus: sed iniquitia, iocum ei non dedimus, nisi forte in connexionibus, aut ad velicem aliquam sententiam explendam. Nam tunc, cum nihil ab aliis

¹³ ab alijs direcē sic dictum p̄r̄ manu: quidni leuiter aliquid
nec indecorum torquerem? Lieuit semper in hoc genere, & li-
cebit. Nam illud omnino non excuso, quod Autolom verba
non rigidē semper, & vt ab ijs posita, repono: sed in Cafu
aut Tempore, pro orationis m̄c conformatione, pauxillum
inflexo. Constat aliter non potuit his textus.

At Tertia Calumnia in ipsam Rem erit: idque varie. cum ^{In re capi-}
hoc illi, hoc alteri displicebit: quoniam Solon ^{misi.} verissimo
verbo,

*Apud Pla-
tare, in So-
lone.*

Omnibus, in magnis, difficile est placeas.

Huic adhuc incertæ quid opponam? preces. Tria hæc ro-
go, quicunque me leget.

1. Ut nemo temerè me arbitretur aut iudicet, nisi sermo-
nis Latinij bene peritus. Nam qui leuiter tanquam, (iam anteignari infa-
denuncio) potissimum non capiet scripti huius partem.

III. Ut nemo, nisi qui rerum etiam peritus. Non tu aliquis <sup>Ne tenui Ci-
è plebe: non tu etiam liberalior mea iuuentus. Nam etsi ca-
ulianum igno-
pere haec potestis, non potestis iudicare.</sup>
_{ni;}

Verum qui vtriusque peritus, cunctanter tamen pronunciat & legit. Hoc aut illud offendit? sustine pauli. **N**eoplatonista
propositus. **S**pacer inigrum calculum, & ad N o T a s meas dueret. **N**am **N**atura ad-
eas duplice hoc fine ad finem adiecit & ambigua quedam
demonstrat, & obscuriora illustrat. **Q**uod si ne ibi qui
deinde tibi satisfacatur, tamen vt in ludo pili, alterius est com-
modè mittere, alterius etiam, figura erratum est, quā bel-
lissime exciperē & afe corrigerē: sic uia Leclorisi putabis,
flectere quādam benigneorem partem.

Iam quarta & ultima Cahumnia, non in Rem dirigitur, sed in Opinione: imo & est ab Opinione, cum homines feliciter male acuti & callidi, sensisse aut scriptissime veolent, que pro somniis non sensi, non scripsi. Periculum ita Malum,

me deus amer, genus : sed nimis per hæc diffidia ciuilia cre-brum. Referunt pleraque omnia ad vnum hoc æuum : & que nos communiter diximus, sic volunt accipi quasi in Titi-um aut Seium dicta. Imò vates etiam agunt, non lectors: nec sumunt à nobis sensum , sed adierunt , & mentem ali-quam adfigunt ex suā mente. O angues, o viperæ ! Fugio-vos, fugio: & tamen vix effugio. nam quid hīc remedij nifi forte à votis : que ab imo peccore concipio. Abite à me Ophiogenses , abite Psiylli , nati venena tantum exsugere li-brorum. Vos contrà adesse mites & candidi, qui parati non impellere lapstantem , sed benignā potius aliquā interpretatione leuare. Nam ego me labi & errare, non posse solūm fa-tor, sed debere. Nōnne homo sum? nōnne ager sum? vt ni-hil mirum, si in tam diutino isto languore (per eum hæc feri-pusim) memoriam etiam & iudicium languent alibi aut vacillent. Sed valebit hoc mihi, spero, ad veniam, imò & ad gratiam. quoriam

Vt effe Phœbi dulcissimum lumen soles

Iam iam cadentis:

sic nostra debent abeuntium scripta.

Sene.
Trot.



ORDO.

ORDO ET INDEX LIBRORVM SINGILLATIM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS

DICENDA proponit. Duces duas sive directores dat ad vitam ciui-lem, Virtutem cum Prudentiâ. Virtus sive naturam , & que adhesit, explicat: & uniuersa operi subterratis fundamenta. Seriem Capitum hanc habet.

1. SCORPIUS & materies mei scripti. Vita ciuilis definita. Virtus communica-tor. 1. Pietas. Virtus prima pars, definita est, & clausa in Senium ac Colum. Hic de Senio dictum. 11. De altero Pietatis Membro, Cultu. Is de-finitus, & duplex fatus. Pluria ad Religionem monita. 1v. Famus appendix Pietatis. Quid illud, & à quo fit? quam vim habeat, & qd. em vnum? v. Etiam Conscientia, Pietatis lacrima. 12. Finis eam, diuide, tormentum eam, si mala, offendendo: si quietem, si pura. v. Alterum Virtutis membrum, Probat. Quid eam hic appellat Brevis & vniuersalia ad hanc praecipta. v. 11. Ad Prudentiam transiit, qui Rechorum alter. Necessitas eius offensia. Definitio pofita, & expedita. Partes seculi, & utilitas. ix. Quid dignat Prudentiam? Vnum esse, & Memoriam. Quid ea vitrue? Vis & firmitudine illius prælata: sed raritas & difficultas item offensia. ix. Memoriorum rerum, sive Historiarum, finitus. Facilem, hanc ad Prudentiam, viam: etiam ad Probitatem. x. Appendix de Doctrina, quæ vñique redit vñlis. Quis legitimus vñscelus, finis, modus.

LIBER SECUNDVS

DISTINCTE ad rem venit. Imperia paritrix, Principatum prae-fert, & dicitur. Virtutes ei adstribuit, & scorsim precipias ponit. Seriem Capitum hanc habet.

1. De Imperio vñntersè dicatum. eius necessitas in Societate offensia, & fru-dug. 11. Divisio Imperii. Principatus, prima & optima eius pars, id varijs ar-gumentis offensum. 11. Principatus definitio, per partes declaratio, & pri-mum, virtus fecos illi fit? 1v. Quomodo capiens Principatus? duos legiti-mos modos esse, Electione & Successione, & de vitâ qualiquid differunt. v. Initia Principatus, plerumque hadabilius: fed id non sat. Perfeueran-dum esse. vi. Quis finis, quæ actiones omnes Princeps dirigat? Bonum publicum id esse, & leponenda priuata. vii. De via rectâ quam Princeps ingredia-tur: & primum de Virtute, offensum hanc ei, suâ cœtiâ, necessariam. ix. Subditorum etiam causâ Principi virtutem inducendam, & ipsi infla-landam. sine qua probus aut diutinus nullus cotus. ix. Subditos probos

fici

16
fieri maxime à Principiis exemplo, cuius incredibilis vis in utramque partem.
x. Diffinitio de Virtutibus Principis dictum. & primum de Iustitia, quā ea necessaria etiam in ipso-Principi. xi. Iustitiam administrandam Subditis effe, exequibilitate; temperante; & fine cumulo legum, removetiam lūmum fūdio. xii. Clementia definita. Principi commendata, sed quae firmum, quae illustrem facit. xiii. Clementia vberius commendata, sed quam temperie. Abre eam à Iustitia leniter, nec tamen folueret vim Imperii, sed vincere lento nodo. xiv. De fide adiunctum, quae iustitiae origo aut suboles. Ea commendata, vt columen humani generis. Gloriōsum hanc Principi effe, vitalem. Sicut ad Etruriam doctores nostri. xv. De Modestia p̄ficiptum, quae Clementia aliud. Inflata Principi, & in Senus & in Aione. xvii. Ex occasione, de Maistre adnexa lacina, quid ea, & qui, & quatenus paranda? xviii. Minores aliquo virtutes posuit, quae Princeps decantēt p̄ficiat, & breuietur.

LIBER TERTIVS

De Prudentia & distincione agit. Alienam primò Principi commendat: Consiliarios & administratores scrio format. Seriem Capitulorum habet.

1. PRUDENTIA. Principi percessariam, sine ea vim & opes inutilia, miscenda esse. sed primam illam in gubernatione proponere. ii. Sed dupli-
cēt Prudentia esse: A fe, & ab alijs, illam optari, hanc contingere. Rarum, imo diuerso effe, vt Princeps à se uno fatis sapiat. iii. Itaque adiutoriis ei ca-
piendum: idque in fatio. Eos duplices esse, Consiliarios & Ministris. Quod,
& quam viles illi? iv. Definiti diffinitum. Consiliarii, & prius communica-
nē explicata, Probius & Peritus remun. denique offensili, indice famā.
v. Explicatum tertium munus, vt salubriter consilant. id inclusum quinque
monitorum, quafi lineis. vi. Qua vitanda Consiliarii: & primum quae in-
pedimenta & velut vada bona Menti? Ea quatuor notata. vii. Qua turbamento, & velut Scopuli bona Menti? Tres offertur. viii. Iste Princeps quis
per gerat in audiendis consiliis. Dognata hinc rei. ix. Spernenda occula Con-
silia, & ab alijs feras. x. Dictum de Administris & nota triplex, ad quam le-
gi oporteat. x. Administris ipsi p̄cepta tradita, cora in tutela. Primum
Ministris, inde Maiores. Ascipit omne potentiam eis in Aula.

LIBER QVARTVS

PRUDENTIAM Propriam ingerit, diuidit: & de duplice Togati
differit, que circa res Diuinā versatur, & que circa Humanas. Ple-
rage omnīa que firmando aut informando Regno sunt, noua', nec ad-
huc vīstata methodo preponit. Seriem Capitulorum habet.

1. PROPRIAM Prudentiam, id est eam quam inesse Principi volumus:
p̄ceptis difficile alligari. Late fusam esse, Inflexiblē, & Obsticā. Itaque
aliquid de ea, non plenā nobis p̄cepti. ii. Diuina Prudentia Propria in Tō-
gatam, & Militarem. Illa curus, in Humanam & Djuram. De hac offensum,
curat. Princeps effe. Vnde religionem refundam et, & defendendam.
iii. De vna religione amplius qualitum. Nanquam diludim feri possit
falso in tempore, idque quadamtempus videri. iv. An puniendo fingulis, &
quieti itemque in extralendi & perquirendi? Neutrū (fūlētē quidem
fū) ex vīa videri. Doctore magis his opus, quam tortore. v. Transtū ad
Pruden-

Prudentiam in Humanis. Hic duo Fentes regi, Ingenium Populi & Re-
gni. De priore dictum: & per indicem expedita Natura velig. vi. Fons alter
receptus, Ingenium regum & regni. Duo hinc considerant, quae Communem con-
uenient, & que Diffinitē. vii. Paganum nunc ex hīce fontibus petra, &
primum uniuersē posita, quae firmat Regnum aut violent: mos distinctē de
Videlicū. Oppr. Regi Cultiodes, Milites, Arces, aut potius Colonias. viii. De
Virtute duplice, fernario Regnum. Bonitatem populi commendata, &
offensa triplicē ad eam via. ix. Administras commendata valde. Tria offensā,
qua ad eam docuntur, in quibus quia Imperii p̄cepta p̄cepta vīse eff, accurate & emi-
ciatē de his differunt. Ad ea transiit que Vertendo regno faciunt: in
modo cauenda, aut evitanda, offensum. x. De Virtute duplice, cœsacore re-
moriorum. Primam de Odio, cunctis pellis subiectis occidit. Fugienda que eō du-
cunt: imo & imago corrū, sciatē eī in Suppliciis, Tribūnis, Cenitū. In his
figiūlo quoniam feget Princeps, dictum. xii. Dehinc & viiūperatus
Contemptus. Offensia que illius ignorat, a rege, si sapit, fugienda.
xiii. Quiescitum an Prudens mixta locum apud Principem habeat id est,
ea in quā fraudes. Dictum, & dictum, aliquem habere. xiv. Quomodo,
& quatenus fraudes admittuntur. Triplex earum genus faustum, & ditimē aliae
in Regnum recipi, aliae exclusi.

LIBER QVINTVS

De Militari Prudentia. p̄ficiat eam in Bello duplice elucere offendit: &
primū positiō, in Externo. Qua Militia, que Ducum
manū, que Consilia in bello usūs sint, docet. Seriem Capitulorum
habet.

1. TRANSITIO ad Militarem Prudentiam, cum excusatione illa-
quā mei, quod de diffīnam non iniles. ii. Prudentia hinc pars commen-
data Princeps: que necessaria ad militem salutem: que regia. iii. Materies &
ordine dicendorum. Bellum exterritum definitum, & rescripta eo confitēti p̄pende.
iv. Influita. v. Ordine & partite potiū, quae ad Iustitiam bellum requiriuntur: &
maximē, quibus id causis capiendum. vi. Temeritas temetū a bellum ini-
tijs: & somniant, qui in iustificatione omni cogitata fin. vii. Ad Gerendū bellum, equitā. Primo Apparatus triplex, Pecunia, Communitas, Armorum. viii. Milites terribilē quidem Bello necessarij, duplices: Equites, pedesque, quae sunt breviter, vironum maior vīs. ix. Vtrogue bonos
effe debet: a liquo pro nihil omnī copia. Fieri bonos duplicitate, Dilecti &
Disciplinā. Ea negligi hodie, & super haec in iusta veritate querela. x. De
Dilectū capiū diei, fed primō quædam. Exterian Domestici preferrid
nos istos censimus. xi. Obiecta & reficiēta, ea, quae contra Domesticos
militem dicuntur. Hunc Regum cœllum Tyrannorum. Qui legi
dendi in militē faciunt: Ordinarios & Subsidarios, acquisi-
tive fortis descripti. xii. Verē cum Dilectū virūs capiendū & Non equi-
que ordine potiū, germane in militē virintis. xiii. De Disciplina vera &
fēcē dictum. Ea laudata, partes eius (idque docendi causa) quatuor fācē.
Singulē explicata, xiv. Transtū ad Duce. Eos necessarios, non foliū
viles. Duplices effe. Scoperintīs Pettītū magis quam Virūtū p̄spectā.

vñm

18
& vnum in uno bello esse debere. x v. Boni Duciis riuoluerunt sue Nort. quinque
cas videt: quas ordine explicamus. x v i. Conflita necessaria bello esse. Eo-
rum specimen sive gulfus; itemque monita, quae vni Ante pugnam. & In pa-
gnia. xvii. De calidis Conflixiis sue Strategematis: An viij ius & fas? No-
stra sententia, non villa ea solum, sed gloriofa. x i x. Quid post Pugnam fa-
ciendum videatur: & in Victoria, sive Clade, quomodo Princeps falibunter &
decor fegatur. xix. Ad Pacem ex animo adhortatio. Ae primum illuc inclina-
mus eos, qui Vicit: fed ad Tatum & Bonam. xx. Victoria ad Pacem pronocati,
argumento triplici: quia id Decorum, Vile, Tatum. aque adeo ad pacem in-
tem: fed cum exclusione fraudis. Pro eis auctor ipse Pacis invocatus.

LIBER SEXTVS

CIVILE bellum tangit & detestatur. caussas eius, & in eas remedia,
satu& difficiliter explicari. Finiri id suader & vnot. Seriem Capitum
hanc habet.

1. Ad Civile bellum venium. & eius miserit breuiter oculis subiecit.
11. De causis Civilium bellorum. Et facie duplexes, Longinquo & Propin-
quo. Prioribus dictum. 111. De causis Propinquis belli Civilis. Ee
tres. Fabio prima est: eius pernicias in omni statu & finime diffida in quantum
vnu i iv. Causa altera est Propinquus, Sedatio. eius Origo, Progreffus. Reme-
diadistincte explicate. v. De Tyrannide. quid ea sit, & eius ingenium? mala
subiecta oculis: qualiterque, tollenda ea aut toleranda? vi. Quæstionula per
occisionem infera. An militeat se bellis Civilibus vir bonus? vrrinque ea agi-
tata: & cum discrimine aliquo personarum definita. v i i. De Finiendo Civi-
libello. & Operis mei finis.



AVCTO-

AVCTORVM SYLLABVS.

A VCTORES vno aspettu, si libet, vide, & quorum scri-
pti hoc Opus. Inter eos eminet CORN. TACITVS ex-
tra ordinem dicendus: quia plus cunctis ille nobis contulit, quam ce-
teris omnibus. Causa in Prudentia viri est, & quia cerebrissimus sen-
tientia: atque etiam, quia familiaris nobis. & offerebat se non vot-
atus. Ceteri in classe duplicit. Quorundam verbis frequentius & li-
bentius vniuersit: vni sunt isti

E LATINIS:

C. Sallustius
T. Livius
Annæus Seneca
M. Cicero

Q. Curtius
C. Plinius Iunior
Fl. Vegetius, sed in
materie militari.

Aristoteles
Thucydides
Plato
Xenophon.

Aliorum rarioris: vti sunt isti

E LATINI S

Afa Apostolorum
Adagia
Æmylius Probus
Afanus
Agellius
Ambrofius
Amianus Marcelli-
linus
Apuleius
Attius
Augustinus
Aufonius
Bernardus
Boetius
Cæcilius
Cælius ad Ciceronem
Cæsar
Capitolinus
Cassiodorus

Cato Censorius
Claudianus
Columella
Corn Ncpos
Manilius
Cyprianus
Ecclesiasticus
Ecclesiastica Historia
Eusebius
Felius Pompeius
Florus
Frontinus
D. Gregorius
Guil. Neubrigensis
Horatius
Ieremias
Iudorius
Iustinus
Inuenialis
Laftantius

Lampridius
Lucanus
Lucrenius
Manilius
Martialis
Origenes
Ovidius
Pacuvius
D. Paulus
Petrius
Petronius
Plautus
Plinius senior
Porcius Latro
Propertius
Proverbia Salomo-
nis
Publius Mimus
Quin. Cililianus
C. Seneca

20
 Seneca Tragicus Tibullus Velleius
 Silius Italicus Titinius Virgilus
 Statius Valerius Flaccus Vlpianus
 Suetonius Valerius Maximus Vopifcus
 Terentius Vatro Vulciatus,

E G R A E C I S

Adagia Gracorum	Diphilus	Mercurius Trismegisti
Æschylus	Epicharmus	fus
Appianus	Euripides	Philo Indeus
Archilochus	Euphalius	Pindarus
Aristophanes	Gregor Nazianzenus	Plautarchus
Baftius	Herodotus	Polybius
Calimachus	Hesiodus	Serenus
Democritus	Homerus	Sophistes
Demosthenes	Iamblichus	Sobras
Dio Cassius	Iocrates	Syneches
Diogenes Laertius	Lucianus	Theocritus
Diodorus Siculus	Menander	Zoegue

21
 I. LIPSI
 POLITICORVM
 SIVE
 CIVILIS DOCTRINA
 LIBRI PRIMI

CAPUT I.

Scopus est materies mei scripti. Vita Civilis definita. Virtus communiter laudata.

IT AE Civilis iter quod recte ineas, recte per agas, precipere mihi est animus; decid meis, sed veterum monitis, imo & veribus. Tu mihi dux magne Deus; & manum hanc menem quendam, ut salutaria videam, & diuidam, proniam. Vitam ciuilium definitio, QVAM Quid vita
 IN HOMINVM SOCIETATE MIXTI DEGIMVS, AD Civid.
 MVTVA COMMODA SIVE VSVM. Huic duos Rectores tribuo, Prudentiam & Virtutem, illam ex plurim men-
 te: sed & hanc ex mea: quia ciuem vere nullum at-
 biritor, nisi & virum. Sine Virtute, Calliditas ea sit & mali-
 tia, & quidlibet potius quam Prudentia, cuius clausus et si
 propriè Vitam Ciuilium dirigit, non tamen sine vnu & auxi-
 lio illius magnetis. Igitur de Virtute iure praemittam, que

Tacit. 1. Proprium hominū bonum
 Histor. Viri filii
 Sallust. hominis.

Cetera humana pertinet, & diuisiarum & formarum gloria, sive
 ea atque fragilia esse: Virtus clara eternaque habetur.

Senecc. Ep. Hoc unum contingit immortale mortali.
 phil. 3. 4. 6.

Sallust. Itaque iure, que homines arant, navingant, edificant, Virtuti omnia parent.

Duo si nec
 facias, Pra-
 donas &
 Virtus.

Vitam filios
 hominis.

Eam inca-
 nit.

monit.

C 3 Natura

CIVILIS DOCTRINA

Nam ea omnia in se habet, omnia affunt bona, quem penes est Plaut. Amph.

Familieris
naturæ.
Nec aliena à nobis, vltro se ingerit, & in omnium animos lu-
men suum immittit. etiam qui non sequuntur eam, vident.
Senee lib.
iv. De be-
ne.

Exposita. Obvia eadem & facilis, in medio posita neminem dignatur, **Idem C. 66.**
qui modò se dignum illa iudicauerit. **ad Polyb.**

Confugiamus igitur ad hanc, vt in asylum. quia sola ea
quieta, tutta, & in sua potestate est. omnia, preter eam, subiecta for-
tune dominanti.

*Aduersas virtutem autem hoc possunt calamitates, & damna, Seneca E-
& iniuria, quod aduersus solem nebula potest.* p. cxii.

CAPUT II.

Pietas Virtutis prima pars. definita ea, & diuisa in Sensum ac Cultum. Hic de Sensu dictum.

HA N C in duos velut ramos diuidio, Pictatem & Probitatem. Illa est, **R E C T V S D E D O S E N V S , R E C T V S D E M C V L T V S.** Duobus enim his Pietas constat, sine altero, mutilla aut manca. Nosse ante omnia sumum illud numen (quatenus homini datum) oportet: & cognitum, pie preceque venerari. Utique rei vera lux a facris literis: sed & in profanis sparsas quasdam scintillas video: quas colligam. De Seni, iusta.

Illum necessarium: quia de Deo optimè existinare, piotatis est exordium.

Constat igitur tibi Vnum esse regnum et artem omnium deorum.

Averius. Ita appello *Summum illud & aeternum*, neque mutabile, neque interitum. *Hifler.*

Quem in parte descripserim (infinitum enim illud quis definiet?) MENTEM solitam quendam, & liberam, legregatam ab omniconcretione mortali, omnia sentientia & mouentia, ipsamque preditam motu sempiterno.

N₅₅

LIBERI.

Nec plura addam: quia deo etiam vera dicere periculum est: periculum, rimari.

Effectus tamen eius & affectus (si ita appellate fas) licet potest ad
ingratiam amicti tuo & admirationi. Illa maximum est.

Non habet ergo quicquid superius volucere, perutulum est.

Ille iustissimus. & Prode clementia nō tamē dūmoc, dñs nō nōcē dīxāb̄. Inīdē
Cō: Deus nūs quām & numquām iniurius, sed quāntum pōst
iustissimus.

Asticunt oculis superi mortalia iustit-

Ille aebiter & inspector operum, consiliorum, mentium. Arbitrius.
Nil deo clausum est: interest animis nostris & cogitationibus me- Cognitio-
bus interuenit. praefixa.

Eſt profeſſor deus, qui que nos gerimus, auditare & videt.

*Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere Solem.*

Nec inspecto solum, sed iudex idem & vindicta. Namque *Canticum*, &
nibi pro vero conflat, omnium mortalium vitam diuinu numine in-
premis, neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihil habe-
bitur, sed ex natura diversa premia bonos mali que sequi.

Hic qui gubernat omnia:

*Qui terram inertem, qui mare temperat
Vento jum, & urbes, regnaque tristia.*

*Nec enim secura quies illum, similisque sopori,
Detinet:*

Sed ille est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui

deratur.

Hæc talia non fas solum, sed necesse tibi scire: quia reuera
• — prima scelerum causæ mortalibus agriſ
Naturam neſcire diūm.

Sed

*Ceteris
tunc fere,
quā sicut
dū.*

Sed seire temperanter, quoniam & hoc verum, Sanctius Tacitus
ac reverentius ēst, de actis dēorum credere quām scire.

CAPUT III.

De altero Pietatis membro, Cultu. Is definitus, & duplex factus.
Pluria ad Religionem monita.

*Quid Culina
Indulg.
Inventio
Excusatio*

DE Cultu inseparor. qui non aliud, quām COGNITI
IN VENIS VENERATIO, CERTIS LEGIBVS
GERIMONIIIS QVE DEVINCITA. Coli enim postulat,
& huic fini homo natus: idque cultu duplici, Interno, Ex-
terno. Ille est, qui in animo & ex animo, deo vero preces concepit,
laudes grates. Ille, qui haec eadem, per ritus & gestus, exprimit.
Totum illud, nec male, Religionem vulgo appellamus: de
quā sana quādam à non sanis hæc habere.

*In propria
legi.*

Magnum cius in animos imperium. Religione enim recta p[ro]p[ri]a lib.
confusat.

*Omnibus ca
re.*

Omnes religione mouentur, & deos patrios quos à maioribus ac- Cicerone
cepérunt, colendo sibi diligenter & retinendes arbitrantur. in Veritate

*Possident
infida.*

Iaque qualisque ea hausta, rēgit educitur. quoniam Philo Iudea
sua cuique optimam videtur, & t[em]p[or]e non ratione, sed affectu diu- ad Caenum
dicetur a singulis.

*Optime re
tulenda em
bellitatis.*

Hac publicè & priuatim habenda. Omnia enim proffera LIB. lib.
enuenient coelentibus deos, aduersa p[er]ferventibus.

*Ex iure
fortunae.*

Idque in utrāque fortunā, & videndum, ne ritus sacerorum Tacit. x.
inter adversa culti, per proffera oblitterentur. Animalia.

*Sed etiam for
p[er]ferventibus.*

Sed habenda cum modo: ne fiat illud, *Cets superstitioni* Idem. v.
obnoxia, religionibus aduersa.

*Ad quam
inclemantes,
ant mali
naturas.*

In quam naturę virtus nos proni: & trahunt etiam ij, qui- Liu. lib.
bus que suis sunt capi superstitione animi. 111.

*Talem fac
ad regidam.*

Nec impedit potentes. quoniam, vt iudicant, nullares Cet. lib.
multitudinem efficacius regi, quām supersticio. 111.

At tu

At tu fuge, nam superflitione quietis imbutus, quietus ēst num
qui potest.

Varij apud Aug. De
cultur.lib. 1.
V. 1.

Discrimin hoc habe: Deos à religioso vereri, à superflitione
so timeri.

Apud A-
gel.lib. 2.
cap. 12.

Placeat ille versus, sed saniter intellectus:
Religentem oportet esse religiosum nefas.

In Cultu ipso, ad interna semper praevertere, & censere, tam rem
Cultum d[omi]num esse optimum, quandoque castissimum, atque sanctissi-
sum, vt eos semper puri, integrati, incorrupti & mente & voce
venereris.

Seneca.

Aureum tibi dictum imprimo: Optimus animus, pulcherri- Et animus
mus des culus est.

Cicerone
Diu. lib. 11.
lib. v. cap.
11.

Nec sic, vt externa tamen spreueris, nisi si impia. Nam & Sint Rivo-
in his, religioni parendum est, nec patrias mos consumaciter repu- luent
diantur.

Laßant.
lib. v. cap.
11.

In verbis etiam aut q[ui]a testiculus ne nimium mihi pru- Non in falso
ri, ad facta abi: quia Christianorum omnis religio sine scelere &
fine macula viuere.

Moysen illum Egyptum audi: qui de fide cuiusque magis sed in falso
oculis, quām auribus credit.

Apud Ruf.
fin. Red.
lib. v. cap. 11.

Se abstingeb, & Platonem insuffurantem audio: ἐντολὴ οὐ παρείστη
lib. d[omi]ni. lib. in hac λόγῳ γελῶσι: difficiles, & cum discrimine, hi sermones. Quod formis
p[er]t. oraculum, in hoc quidem aeo.

CAPUT IV.

*Non vacem
h[ab]et & illa
scitorem mo-
re p[ro]m[oti]o, sed
non mentis.*

Fatum, * appendix Pietatis. Quid illud, & à quo sit? quam vim
habeat, & quem v[er]o?

*Non p[ro]m[oti]o
ad d[omi]num, sed
que p[ro]p[ter]e
Clementia
sensu inter-
gerente, &
malisq[ue].*

PLETATEM, feui, pango nunc duos surculos, qui sub
arbo[re] hac, q[ui]d ex eā nati: Fatum, & Conscientiam.
Quorum illud, ex Sensu: h[ab]et, ex Cultu originem clare d[omi]nus ex
eunt. Si enim gubernat & dirigit deus, prouidet etiam & de- Se[ns]a.
cernit. idque aeternis ipse, ab aeterno in aeternum. Hoc au-
tem est Fatum:

D

Cuius

propter te de calo descendit : tibi dent mentem oportet, ut prohibeas.

Quis à tui
monita fru-
stratur.
Precepimus,
parvula.

Nec pluta de grandi hoc profundo : quod tentandum semper homini, nunquam explorandum. Tibi quis hic fru-
stratur iste, vi verè pius sis, & fata sequare, id est deum. Quid
Senec. De
Froustr.

Thucyd.
lib. 11. in
causa Petic.

Opem in p. 7 d. re dandina a ior. salut., qd te dor. i. p. mod. s. ad p. 10. qd.
Ferre que de cunctis immittuntur, necessariò oportet: que ab hosti-
bus, parviter.

Optimum est pax quod emendare non posis : et deum, quo au-
tole cuncta cuenunt, sine mure comitari. Malas miles est, qui
Imperator em suum gemens sequitur.

C A P Y T V

Etiam Conscientia, Pietatis lacrima. Definio eam, diuido, tormentum
eius, si mala, si bona: quietem, si pura.

Cosentia
à religione
est.

Et mala, qd
est mala.

Definio eis.

AM & Conscientia, ut dixi, Pietatis soboles est: & origo ei
in palam à radice Culcus. Vbi enim ill: floret & viger: hac
pariter, vbi arerit & languet: etiam ista. Quin vbi nulla reli-
gio aut diuinus metus, exiguum in animo huius germin,
& à malâ terribilis velut opprelsum. Et autem Conscientia, Re-
LIQVA IN HOMINE RECTAE RATIONIS SCIN-
TILLA, BONORVM MALORVM QVE FACIN GRVM
INDEX ET INDEX. Igitur & bipartita ea, Approbatio sci-
licet, & Opprobrio: illa in bene, haec in fecus facis. Sed
istius vis (vt vita & virtus sunt) creberimajdeo quae sereretur
nuit, vt hanc pars veniat in generis sui nomen. Nam Con-
scientiam vulgo appellamus, VIOLATI NVMINIS AVT
PER PERAM CVLTI TRISTEM, COGITATIONEM
ET MORSVM. Qui sensus infixus homini, & vivit quam-
diu ille, non vi extingendum, non fraude.

A illa hinc
fatu.

Conscientiam à diis immortibus acceperimus, que dimidi à nobis
non potest.

Vt in homine
miseritatem
digressus.

Aliter autem ea data, ut corrector adscilium & anima pe-
catorum.

Flagrum

Tacit. xii.
Annal.

Seneca
Epistola
xxvii. 1.

Cicer. pro
Milone.

Diua apud
Stob.

Idler. So-
lio libri. 1.

Sen. Epist.
xiiii. 1.

Epict. apud. Sen.
cp. xxvii. 1.

Iuvenalis.

Sallust. ad
Cat.

Seneca. Epit.
xi. 1. 1.

Salust.
Cat.

Plin. lib.
xxi. Ep.

Cicer. ad
Attic. lib.
xiii.

Augustin.
xxx. 1. 1.

Flagrum post peccatum: quia perfidio demum scelere, magni-
tudo eius intelligitur:

Flagrum ante peccatum: quia infixa nobis eius rei aueratio
est, quam natura dannavit.

Et magna sanè vis eius est in utramque partem, ut neque timent aut
iniqui qui nihil admiserunt, & paenam semper ante oculos versari putent
qui peccaverunt.

Itaque bona illa, semper metu vacua est:
Imò in gaudio. & via nonquam tristis efficit bene vivere.

Mala autem etiam in solitudine anxia & sollicita est.

Potest enim vocati contingere ut lateat, latenti fides non potest.
Et qui celes?

Nostræ dicimus tuum glorias in pectore teſtem.

Qui non fallit, non pallitur. & ex oraculo hoc est: *Suis filiis*
cuique annus ex conscientia puenit.

O te miserum, si contemnis hunc testem!

Imò & Tortorem. Vrit enim, cedit, lanicat: eò gratiùs, carcerat.
quia sine morte, Græcorum adagium verum: *νεκαὶ νοὲ τὸ στίχον*
λόγος ἀστρου conscientia animum verberat.

Et quidem assiduo illo & surdo verbere. Namque animus indeſſo,
impurus, diis hominibus qd infesta, neque vigilius neque quietibus
sedari potest. Ita conscientia mentem excitat, vafat.

Sicut tamen hodie viuitur, ut multi famam, conscientiam pau-
ci vereantur.

Aliter ut bonus, cui fixum in omni vita transuersum con-
suum à recta conscientia non discedere.

Etiam tibi: qui hoc imbibe, Tranquillitate conscientia nihil
excogitari beatius posse.

CAPUT VI.

Alicum Virtutis membrum, Probitas. Quid eam hic appellim?
Brenia & universalia ad eam precepta.

RAMVS Virtutis mihi alter superest, Probitas: quem
tamē leui dolabā expolio, quia in hoc Civili q̄dificio
propriē non ei locus. Ad morale pertinet. nec Probitatem
^{Quod proī aliud h̄c ineligo, quām rectam in morib⁹ et}
^{actione omni vitam, ex honesti norma.}
Mihi tamen non omittenda, vt necessitate videas; & quia,
Pictati adnexa ea, aut verius innexa. Sine moribus Pictas,
quidquid vultu, voce, calore preferas, vana est, inō nulla. Vt
poma, in lūdā, non poma nascuntur, qua contacta in fū-
mum abeunt & vaporem: talis verbosa illa Pictas, sine vita-
li hoc operum suco. Iure ergo mores ana, quisquis amas il-
lam: & factis magis, quām specie, fieri, nec ad pompa.

^{Interea prī-}
^{bias, sed}
^{prīta.}

Effe quām r̄ideri, probus malis.

Et cum laudato illo Catone, nunquam r̄estē seceris, & feci-
se r̄ideris.

^{Ex Horatii}
^{fuit}

Conscientia virtutis sati amplum theatrum est.

Non tu mihi inter clares magis, quām inter bonos.

Non inter eos, quos ambitio falſos fieri subegit, magis que vul-
tum quām ingenium bonum habere.

Opes quid curas? Fortunam velut tunicam, magis concinnam
proto, quam longam.

^{Nisi corpus}

Quid cultum aut corpus? Honestum est, cui corpus ni-
mis carum sit.

Tu à te laudem tibi sume; internā veraque virtute, non Tacit. An-
specie inanum validus.

Esto mihi cultu modicus, sermone facilis.

Ore probo, animo verecundo.

^{Propter in-}
^{dendus}

In Agri-
col.

Sallust.
in Eng.

Tacit. xv.
Hist.
Sallust.
Iugurth.
Indidem.
Indidem.
Indidem.

LIBER I.

Opum contemptor, recti pericula, confians aduerſum metus.

^{Cos Con-}
^{fessus.}

Vnius animi cultor: qui dux atque imperator vita mortaliū, Animis ſu-
colandis.

Rector humani generis, agit atque habet cuncta, neq; ipſe habetur. Qui magnus,

Præclara enim facies, magna diuitia, ad hoc r̄evis corporis, & ^{Qui etiam}

alia huiusmodi omnia brevi dilabuntur:

At ingenij præclara facinora, ſicut anima, immortalia ſunt.

CAPUT VII.

Ad Prudentiam tranſitum, qui Rectorum alter. Necſitare eius
oſtenſa. Definitio poſita, & expoſita. Partes eius & r̄eſtituta.

VIAE tua Ducem vnum habes, Virtutis: adiungo ^{Prudentia} ^{enim ip-}
nunc alterum, quem Prudentiam dixi. Is non tuus fo- ^{enam enī.}
lum, sed si in ſpecie, Virtutis ipsius rector, certè director. Sinc
prudentia enim qua poteris elle virtus?

Plato verè ait, ἡ φρόνος πάντα ἐπιτελεῖ τὰ ὅρθια, οὐδέ τί παρέχει: Prudentia ^{Quae ſunt al-}
ſola præit & dicit ad recte faciendum.

Et Sophus alter: ὦ θεοί ἀγαθὸν ἔστι πρᾶξις, τὸ δὲ φρόνος: fieri
non potest, vt quisquam verè probus sine Prudentia audiat.

Cauſa hec, quod Virtus omnis in Elecione & Modo eſt:
non nec ſin Prudentia: ergo nec Virtus. Atque vt Archite-
ctis opus nullum reſtē proceſſerit, ſine libellā & lineā: non
item nobis, ſine normā haec direcțioce. Quam definio, INTE-
LECTVM ET DILECTVM RERVM, QVAT PVB'ICE
PRIVATIM QVE FVGIENDA AVT APPETENDAE.

Intellectū dixi. quia haec eſt qua videt omnia: ideoque ^{Sagittaria}
qua r̄iū ūzōc, oculus anime, iure dicta.

Tacit. iv.
Annal.

Dilectū addidi. quia eadem, que ſeligit, & recto iudi-
cio, honesta ab deterrisribus, veritas ab noxiis diſcernit.

Primitam etiam & Publicē, inſerui. quoniam ſpecies eius duplex,
velut duplex, Domestica & Civilis: quarum illa ſibi, hac ^{Primita,}
alii prodeſt. Propietas, ūzōc ūzōc, q̄d r̄adivōnū dīzād, q̄d r̄adivōnū dīzād.

^{que ſunt}
Sagittaria

Sophorus, Æschines, Dicentes, Prudentes censimus, qui ea, quæ sibi, quæ que hominibus conducunt, possunt dispergere.

Sophorus, Æschines, Dicentes, Prudentes censimus, qui ea, quæ sibi, quæ que hominibus conducunt, possunt dispergere.

Prudentem dicimus, sibi & re publice confidere potentem ac validum.

*Ant & imp.
maximus est
est.*

*Itaque vñus eius multiplex, & rectè ille, qui dixit Artem vi-
uendi esse Prudentiam, ut medicinam valetudinis.*

MCCLXII.

*Hæc enim est, quæ p̄sens ordinat, futura prouidet, præ-
rita recordatur.*

Vñus.

Hæc quæ fallere non vult, & falli non potest.

Cui omnia subiecta:

Anatra διδασκει τον φρονειν καθ' εις αυτην;

Famulatus omnis, quidquid est, Prudentie.

*Eiam ipsa Fortuna, nec vanè dictum,
Sapiens post ipse fungit fortunam sibi.*

*Igitur iure Tragicus,
πολλα διδασκει τον φρονειν καθ' εις αυτην
Προστοιχη οπαρη.*

*Longè prudentia felicitatis
Primas tenet.*

At contra, Imprudentia infelix, quæ pleraque, & se, pro capite.

*Sallust ad
Cæs.*

CAPUT VIII.

*Quid gignat Prudentia? Vñus esse, & Memoriam. Quid ea
etiamque: Vñus & firmitudo illius prelata: sed virtus & dif-
ficultas item offensiva.*

*Dicitur Pruden-
tia faciens.
Vñus, &
Memoria.*

*P*RUDENTIA autem parentes duo, Vñus & Memoriam rerum. Nam quod Poëta verus in Sapientiam scripsit, Vñus me genuit, mater peperit memoria: Astartea.

*Vñus, &
Memoria.*

abnuo: & verius est in istam. Vñus intellego, NOTITIAM HUMANARVM RERVM EX VISV VEL TRACTATV. Memoriam, NOTITIAM SIMILEM EX AUDITV VEL LECTV. Vñus haud paullò firmior: & idèo iure pater.

*Vñus dicitur.
Memoria.*

Per sua

*Plato Al-
cibiades.*

*Cic. de
Finib.*

*Auctor lib.
de iur. Virt.*

Idem.

Menander

*Plautus
Tain.*

*Sophocles
Antig.*

*Aristot.
Eth. &c. cap.
vii.*

*Cic. de
Graec.*

*Ovid. vi.
Metamor.*

Salon.

*Cic. de
Graec.*

Hinc illud apertientis,

In genio d'ant. πονηρα διδασκαλια.

Affiducē addiscens ad senium proprio.

CAPUT IX.

Memoria rerum, sive Historia, fructus.

Facilem hanc ad Pruden-

tiam viam, etiam ad Probitatem.

E

& faci-

L I B R E R I .

Per sua enim, non per aliena pericula disicit: per propinquâ exempla, non remota, quin plerisque euentibus ipse adeat, interest, præcept. Itaque verè scriptum,

Vñus efficacissimus rerum omnium magister.

Ex experimentis optimè creditur.

Imò amplius: Vñus omnium magistrorum precepta superat.

Quem qui multum habet, glorietur iure.

—vñus regi obedi legata

EDΩ τινα τα ζενα.

—nous & scio singulatum

Que bona, que mala sunt.

Hic ad omnem artem utilis sive necessarius:

Per varios vñus artem experientia fecit,

Exemplio monstrante viam.

Sed ad hanc ciuilem imprimis. Kal τοις ιεραις αφει πολλη. Cicilium per-

κιν εισιν, προστοιχη λοιποι λειπομενοι: & quisquis in re Cimili intelligens

haberi volet, opus ei experientia.

In quo tamen hoc mali, quod præceptis non traditur: sed

etas cum denique afferit.

Nam vt poeta ait,

—seris & venit vñus ab annis.

Hinc Prudentia senum in vulgi verbo:

Hinc illud apertientis,

In genio d'ant. πονηρα διδασκαλια.

Affiducē addiscens ad senium proprio.

CAPUT X.

Memoria rerum, sive Historia, fructus.

Facilem hanc ad Pruden-

tiam viam, etiam ad Probitatem.

AT Memoria, parentis altera est, quam Vñus non appono

*Memoria de-
solūm, sed in parte præpono. Magis enim obvia hæc,*

E & faci-

33

*Longe sapia
alios magis-
fiunt.*

*Is longe ma-
legi novi.*

*Artes omnes
gratia.*

*Et eximia
arts pre-
poni.*

Miscentur inter se, fateor, & remittuntur aut intenduntur sed sic, ut propendat & praponderet semper aliqua pars, à quâ iure ci nomen.

Dicitur, ut
etiam deus
predicatur.
Sed quæ ex his optima? diu hoc in lite. quam soluit & non soluit idem ille noster. *Dilecta*, inquit, ex hiis eis constituta Iudea, *reipub. forma facilis laudari quam euenerit: aut si euenerit, haud diu-
turna esse potest.* Ego si non verius, clarius rem aperio, & pra-
fero palam Principatum. Mouent me ista:

Opim. in
mon. Fons.
paradise
tor.
Qui con-
fluent.
Quod ille vetustissimus: apudm. & Grecorum & Scytharum: primus Aristeo, in
& diuinissimus Principatus.

Et certum est omnes antiquæ gentes regibus primū paruisse. Cicer. 111.
De Leg.

Idque in terris nomen imperij primū fuit.

Sallust.
Catil.
Iustin. lib.
1.
Ut verissimè præfatus sit ille, Principio rerum, gentium na-
tionumque imperium penes reges erat.

Idem in na-
tura maxi-
mi.
Addo, quòd ad naturam aptissimum. Docent animantes ceteræ, in quibus imago hæc imperij: docent plerique ho-
